

14,5

cat. 1

Vd  
3278



Principem ac Dominum  
D O M I N U M  
F R I D E R I C U M  
C H R I S T I A N U M  
Poloniarum principem regnum

in  
Theobaldus Stronus iuridem  
Causa...  
in...  
BERNARDUS...  
BERNARDUS...  
BERNARDUS...



BERNARDUS...  
BERNARDUS...



Serenissimum  
Principem ac Dominum,  
D O M I N U M  
FRIDERICUM  
CHRISTIANUM,  
Poloniarum Principem regium  
Et  
Electatus Saxonici heredem,  
Quum  
*Confectis feliciter peregrinationibus  
in patriam reverteretur*  
demississime excipit  
GERARDUS JOSEPHUS BERNE.

---

DRESDÆ,  
LITERIS STOESSELIANIS.





E, Celse Princeps, Saxonidum decus!  
Vivum paterni ceu radium Throni  
REX, grande regni Sarmatarum  
Delicium, Columenque summum

Multis ab annis misit ad 'exteras  
Terras benigne, stirpis amabilis  
Amica mundo, & digna tanto,  
Et monumenta dedit, parente.

Ipsi, Monarchæ non sât erat novi  
Fulcire sceptrum principe Filia  
Almaque Regina potentem  
Trinacriæ recreare gentem.

Natum & benignum, moribus inclytis  
Virtute rara, justitiæ & sacro  
Amore clarum, principemque  
Quem gravitas decorat fenilis.

Quem mirus ornat candor & ingeni  
Quem prompta clarat Munificencia  
Exemplar omni gloriosum  
Constituit dare Nationi.

Quem destinavit providus Imperi,  
Deinceps habenis, quod populis parat  
Illustre fulcrum, gestit vltro  
Omnibus exhibuisse Terris.

TV, quam vehebat fulgida Principem,  
Mandante Cælo Gloria ad Hymenem,  
Amantis ad sponſi thronum dux  
Concomitatus es ut fidelis.

Nunc ſubditorum percitus anxio  
Ardore, blandus TE Patriæ Parens,  
Corda ut ferenes conquerentum,  
Ad patrios revocat penates.

O ter beatum, quis memoret, diem,  
Quo FRIDERICUS Gloria Principum,  
Noſtra & perennis ſpes, Amorque  
Soſpes & incolumis revertit.

Aſt ſi Parenti progeniem ſuam  
Tot cum periclis gentibus exteris  
Diuque in oris glorioſum,  
Expoſuiſſe fuit remotis?

Et gentis æquum eſt ut memor anxix  
Et cui benigni patris ad inſtar eſt  
REX dulce pignus tandem amoris  
Reſtituat patrias in auras.

Quantis euntem præter honoribus,  
Quantis morantem Vulgus amabile,  
Quantisque Reges, Principesque  
Sponte benigniter obruere?

Perſpecta res eſt, Soleque clarior,  
Et quam inſolenti vel probitas TVA  
Frontis Venuſtas, lenitasque  
Indolis uſque fuit ſtupori.

Constatque Fama non Sibi dispare  
Sublime pectus Principis hospitis  
Mentisque robur celsioris  
Hospitibus placuisse terris.

Quid blande Princeps? quid modo subditi?  
Tam dulce tristis queis rapuit caput  
Fortuna longum, Saxonumque  
Delicias, Decus & Parentum.

Jo derelictis sacra penatibus  
Reddunt TE amantem Numina principem,  
Rapi nec ultra tam benigni  
Pignora tanta finent amoris.

Salve secundis DVX avibus! TIBI  
En hic sacrantur corda medullitus  
O quanta mellito ex TVO ore  
Gaudia concipiam deinceps?

Ast quo Reversum carmine prædicem?  
Grates rependam muneribus sacris,  
Et casta Divis pro Recepti  
Cum prece thura dabo salute.

Jo fideles plaudite Saxones!  
Jo sonoris psallite cantibus,  
Noctuque nostris invocantor  
Numina sancta diuque votis.

Te, quæso nobis da facilem Deus!  
Da FRIDERICVM corpore sospitem:  
TV nostra miti, FRIDERICE  
Optime, suscipe vota vultu.

010 010 010  
300 300 300  
010 010 010

Constatque Eius non sibi dispere

Sublime nosse Principis huius

Mentis sublimis

17328 TR

Quid tandem Principis quid modo sit

Tam dotes tunc quae sunt

Fortius hauriam

Delectat

Idemque huiusmodi

Reddunt huiusmodi

Respondeat huiusmodi

Ex hoc huiusmodi

Salve huiusmodi

Et huiusmodi

O huiusmodi

Gaudis huiusmodi

Atque huiusmodi

Grates huiusmodi

Et cetera huiusmodi

Et cum huiusmodi

Idemque huiusmodi

Idemque huiusmodi

Nocturne huiusmodi

Idemque huiusmodi

ULB Halle

007 661 533

3



Te, quae nobis  
Da FRIDERICUM

TV. h. d. v. l. FRIDERICUM

Optime huiusmodi

III III III

nc







Serenissimum  
Principem ac Dominum,

DOMINUM

FRIEDERICUM

CHRISTIANUM,

Principem regium

Et

Electorem Saxonici heredem,

Quum

*feliciter peregrinationibus*

*atriam reverteretur*

demississime excipit

DUS JOSEPHUS BERNE.

DRESDÆ,

PERIS STOESSELIANIS.

